

Folio.

Doctissime et Amplissime Viri

(116)

Rogavit me Vir eruditus in his regionibus, qui nescio quid Mathematici meditatur et tui publico destinat, ut a Legato Hagâ sciscitarem exactam Latitudinem Byzantii seu Perae; quam qui ad gr: 43. 18'. 45" elevat. arbitratur ille quam proximè a vero abesse. Eius rei nuntius dum ingenti vice spatio non prope adveniat, rogabo, Amice ut expectationi scriptoris non spernendi, quem alio indicabo, promptior succurras, et quid hujus vel memoriâ vel in commentarium retuleris, si significare quam mature possis, ne grauesis, cujus tam vili amicitiam stetit nunquam erit, quod doleas. Vale in Castris ad Trajectum 12. Cal. Novemb: C1717CXXXII

Quousque D. Descartes apud eulum processerit valde scire auro, et ut perpetuam insigni viro a me salutem nunties, obnixè rogo. Literarum si quas ad me dare volueris, penes uxorem cura erit.

Rectori Societ:  
Jesu N. Boddens.

Reverende Domine.

(117)

Videor sic demonstrare ad versus veterem Poetam, meam de qua nuper nobis non dispar sermo fuit, non universè fidem deesse Viris, qui castra sequuntur. Probo autem quod patet Latinis, inique fidem iis non servari, quos ut item faciant, diversa fidei obstinatio nusquam inducit. Expecto ut in vicem <sup>hinc</sup> accerrimos quosdam (ἐσθ' εἰ ἐπίσοπιζέειν) de collegis ~~his~~ doceas, quam prope distent, et quam non prope zelus, et scelus. et quam saluâ utriusque conscientia, si sapiant, retine res hinc possit, quod olim fratres et amici populi Romani qualis nunc est, Batavi habeamus; qui victores etiam non simalate τὰ τ. ~~εἰς~~ εἰς ἐννυς δὲ ἰσχομεν. Vale Viri doctissime et me ama, qui vos hâc lege, quod discedens monui, ne vobis infestis sitis, et καὶ ἄρα τὰ καὶ ἄρα εὐς dare si statuistis, etiam relinquatis. In Castris ad Hurmundam pago Herchenbosch VII. Id. Novemb: C1717CXXXII.

Imus quâ lege dici  
B. H.

Puteano